Sanƈti Auguſtini. Ex Supplemen. fol. 61. conceſſ. 188.

6 ¶ Idem Leo.10. prout habetur in Supplemen .fol. 122. conceſſione, 566. conceſſit ꝙ viri & fęminę deferentes Zonam Fratrum Sanƈti Auguſtini datam ab aliquo Prælato eiuſden Ordinis ad hunc finem lucrari poſſint Indulgentias prædiƈtis Fratribus cõceſſas. Et idem Leo.10. Extendit præfatam conceſſionem ad illos, qui detulerint Chordam Sanƈti Franciſci datam ſimiliter ab aliquo Prelato Ordinis Minorum, vt ſupra diƈtum eſt deZona Sanƈti Auguſtini. Et hoc fuit impetratum priuilegium, ad inſtantiam Cardinalis Sanƈtę Crucis bonę memorię. Ex quibus conſtat deferentes imaginem Conceptionis Beatæ Mariæ, & mulieres Scapularium eiuſdemOrdinis cum prędiƈta imagine etiam deferentes lucrari indulgentias Fratribus Minoribus, & Auguſtinienſibus conceſſas vſque ad datam prædiƈtę conceſſionis. Secûs vero eſt de indulgentijs quas Sixtus.5. Chordę Confratribus conceſſit: nam illas non lucrantur niſi qui ſunt prædiƈtę confraternitati aſcripti.